

9

Nobilissime Vir Nobilitati omnis
et exemplar et Compendium

HUGENT.

A Wendelmo tuo quem amas
SALVE.

Reynardi nostri fuis ad fratrem pastorem apud nos Douvanum Etris imperii
cortiorum me fecit Te Lugdunum octiduo illo quo scribebat petiturum, et
qua a te petieram impetratum. Utinam illum diem vivam quo Chronicon
istud Samaritanum et lucem videat et me! profecto vel moriendi abinde su
lubentia. Omnium per Europam eruditorum extimo tu anima eius tu Corculum.
Atque adeo ut saltem illi saluam mouere possim, ergo dei facias oro te suggeras.
Accipi ante mensem ferme alterum literas a Magno illo PERRASCIO, et eruditionis
omniuaria promptuario Gassendi bene longas. illi mihi superiore anno hanc operam
navarunt ut Masilia egyptica celo deducere cum Observatione Pythae ante
anno 2000 habitam ostendendum et locum meo; cuius fidem Masilia iam
deprehensa latitudo grad. 43 min 21' egregie sane asserit, ut tum fuerit graduum
planie 23 min 34' maxima Solis Obliquitas, exquisite item mihi representata
idem ad me miserunt Observationes Eclipsium Lunarium aliquot praclaras, cum
meis ostendendas. Ac nescio an non etiam edere parem illa omnia: talia
solueri tantaeque sunt ac tanti. Prius ergo quam responsum illis adorno quid
de Chronici istius spe quid de curis ad illud tuis perscribi non abnuas expectabo
nam de te non item scribere religio mihi fuerit. Etsi vero nullus dubito iam
et fuisse Lugduni te, et dimidium te habere iam facti quia cepti; tum autem
et Problema illud meum Mathematicos vestros mihi conciliasse: verum tamen
audeo per amicitiam istam qua me dignatus es Tuam, idem admonere, atque
etiam illorum exposere nomina quibus eos, cum scribam, compellem. Si
dignum me iudicabunt quem admittam; vel literata vnius dignatione contententur:
ut de principio isto nata fiducia, possim ab ijs namque Aristarchum Sarnium
saltem Latine, si Graece nequeo. Interibi audebo et alia postulacione molestus esse.
Toparchia Comitum Marcomi Lommen pro indiviso in quadrantem Condominium
agnoscat Duxem Brabantiae Pendum alioquin Lossense hoc est Leodense tota.
Tota in ea sunt Parochiae Lommen, Courfel, et Limbhout. Et Pastor
quidem Lommenfis iam Interpretationem Edicti vestri obtinuit non contineri
illo Lommenfem Toparchiam. Vaque et ille in Parochia sua degit tranquillo
et Pastor Courfelensis. Restat Limbhoutanus minus assiduis militum vestrorum
consternatus quasi magis iste Brabantus sit quam illi alij duo. Vaque intra
maenia Dispenfa se continet. Soror eius Vidua Pauli inde Haghe (quam

degentem in Vurht nosse te arbitror) Hoc te per me orat, ut
ne frater eius deterioris sit conditionis quam est ipse Lummenfis pastor
quando idem Comes Marcanus etiam huius Ecclesie et et Dominus
et Collator: et Merclimenses Parochiam ad se traxerint; quod ipse
Toparchia fraudi esse non potest. Nique non debet. Saltem ut vel
hoc impetret; cum viro iam sit destituta: orat, ut in recipiendis
vostis Contributionibus opera sui fratris vti permittatur. Vale
Vir Nobilissime, et me amare perge

Te Nro letum

Alonia 14 februarii

1637

Godofredum Wendelinum
pastorem Mercurum

Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a signature or address, located in the lower-left quadrant of the page.

Nobilissimo Viro
CONSTANTINO HUGENIO
Sua Celsitudinis Arausiensis
Consiliario et a Secretis
Magnum Comitum

7